



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentiss Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Consultatio VIII. Victima innocens: ubi agitur de voto Virginitatis SS.
Virginis, & incomparabili ipsius puritate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

obsequio : Non nisi expectabam dicendi finem , ut corde tuus amplecterer ipsum . Ah ! dilecte mi Comes , quantum obligor celo , ipsumque benedico , quod tam bonum ducem dederit te mihi ! eadem utrique est intentio ; exactissime tu tendis eò , quod intendebam , cognitionem nimirum excellentiarum , & amorem perfectionum Sanctissimæ Matris DEI : Haud opus est alio , quàm audire te , ut ambo , & cognitio illius & amor insculpantur cordi

nostro . O quantum mihi spondeo consolationis è tuo colloquio : Ne me deseras in viâ , quantum enim ad me , nunquam te deseram : Deduxisti me usque in templum , ubi aspexi Sanctissimam Virginem primitias infantia suæ consecrantem DEO . Sed scire aveo , quâ ratione consecraverit se ipsi in loco sancto . Satisfaciam tibi , inquit mihi , & hoc argumentum erit sequentis nostræ Consultationis .

**

CONSULTATIO VIII.

Victima innocens , ubi agitur de voto Virginitatis Sanctissimæ Virginis , & incomparabili ipsius Puritate.

Proponere ab initio plures quaestiones Ductori & Comiti meo , circa tempus & locum Consecrationis Sanctissimæ Virginis laudo & ratum habeo , inquit ipsi , *portavi à quovis jugum Domini ab adolescentiâ suâ* , uti requirit à nobis Vates Jeremias : Commendo plurimum , assueti frequentationi Ecclesiarum à teneris : Sed habitare in templo velut in ordinariâ domo suâ , & etiam in Sanctuario (non in loco , qui dice-

batur Sancta Sanctorum qui non erat habitatio facta pro creaturis , sed pro DEO solo ; ubi non tollerabatur nisi atca fœderis , quæ Virginis figura erat , & solus sacerdos magnus intrabat illuc cum thuribulo in manu , & hoc duntaxat semel in anno) habitare , inquam , Sanctissimam Virginem ab infantia suâ in sanctuario , velut Sanctissimâ parte Templi , ubi sacerdotes sua exercebant ministeria , & thymiaturum asservabatur Altare , hoc non ita bene comprehendo . *Æstimo velut sem laudabilem & suadeo , ut fir-*

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

Ee

ma

Thren. 3:
v. 27.

ma formantur proposita, devovendi totum se DEO, illaque sæpè confirmantur, ac semper magis magisque stabiliantur; quod etiam omninò necessarium esse judico: Sed obstringere se voto quod liget, novaque obligationes imponat, haud carere periculo, firmiter teneo, persuasus diurnam hic opus esse deliberatione, nec quidquam ejusmodi machinandum absque maturo consilio.

Advertebat is quam primùm, loqui me secundum rudem, crasum & fallacem spiritum mundi, qui in omnibus nonnisi sequens lumen sensuum, judicare vellet de rebus cœli, sicut judicat de rebus terræ, dirigendo consilia Spiritus DEI juxta effata & placita falsæ prudentiæ humanæ. Misertus itaque ignorantie meæ, arripiebat me manu, magnam cum benevolentiam & modico, non tamen ingrato risu; amice mi, inquit, egrediamur hinc, & paulisper secedamus; & ut nemo interpellare nos posset, deduxit me in quandam hortum, ubi erat compluvium è gesiminis admodum affabrè contextum, cum sedilibus & parvulam mensam è candido marmore in medio. Cum sedissemus ambo, & duo adhuc vel tres magnæ pietatis viri, qui se nobis adierant Comites: Cogitemus, inquit, nos hinc esse tam procul à mundo, ut non amplius visuri

Oportet expellere cogitationes de munda.

simus ipsum, tamque diu jam ipsum transisse, ut vix residua nobis sit levis quædam delictorum ipsius memoria. Hoc dico vobis, quia qui invenire vult veritatem & conversari cum illa, recedere debet omninò, quantum potest, à mendacio.

Audiebam te loqui, dicebat mihi, de Sanctissimâ Virgine, sicut facere potuisses de quavis aliâ creaturâ, juxta regulas, quas sequi solet prudentia humana, moderari volens propria sua consilia. O quam longè aliter hic procedendum est? nihil unquam ratione cognoscet de illâ. Quando loquendum est de Matre admirabili non conjiciendi sunt oculi in creaturas, ut judicemus de ipsâ, sicut de alijs: Attollendi sunt ad DEUM, ut aspiciamus ibi veram excellentiarum ipsius ideam: Licet enim ipsa sit creatura, & non DEUS, habet tamen multum ex modo. Deitatis (si mihi sic loqui licet) dicere volo, quod ipsa potius sequatur in omnibus sublimissimum agendi modum, quo utitur DEUS, quam abjectum & vilem modum, quem omnes tenent & sequuntur creaturæ: Cum certum sit, ipsam semper magis fuisse in manu DEI, ut fecerat in illâ & per illam, quidquid volebat, quam omnes aliæ fuerint creaturæ: Et ideo tanta videre est in illâ prodigiorum multitudo

ut

do, si qui loqui velit de DEO.

Con
vin
stif
Vir
valc
pon
hun

ut omnes creatura comprehendere illa non possint.

Conflia-
viva in San-
ctissima
Virginis
valde op-
ponuntur
humanis,

Exempli gratia, devovere se DEO ex seipsa in ætate trium annorum, hoc non comprehenditur: non enim habuit adhuc vires corporis, nec usum rationis. Esse educatum in templo à tene-
rà hęc ætate & habitasse etiam in sanctuario, hoc non comprehenditur; erat enim is locus sacratissimus templi, quo nemini licebat intrare nisi sacerdotibus. Obligasse se voto expresso ab infantia sua, ad servandam perpetuò Virginitatem (& quidem illam, quæ destinata erat, ut esset Mater DEI) non comprehenditur; Virginitas enim & Maternitas simul stare non possunt. Obligasse se ad contrahendum verum Matrimonium cum Sancto Joseph illam, quæ obligaverat se voto, nunquam habendi commercium cum viro, non comprehenditur; jungere enim se

matrimonio, est corpus suum tradere viro; jam quomodo det, quod dare nec vult nec potest?

Multum infumeres temporis; dicebam interpellans ipsum, si recensere velles cuncta alia incomprehensibilia prodigia, quæ exceperunt ista; & nos procul dubio exciperemus cum voluptate ipsorum enarrationem: Sed magis volupe nobis erit, si primorum horum aliquam nobis elargiaris explanationem. Quomodo intelligi potest, trimulam quandam pupulam, deserere sinum parentum suorum, ut con-volet voluntariè in templum ad devovendum se DEO, & id ipsum perficiat perfectissimam quædam ratione? Hęc super re incepimus Consultationem, quæ nempe ratione Sanctissima Virgo consecraverit se DEO; quæ occasione nobis dixit res adeò sublimes & inusitatas, ut summam hauserimus ex ijs oblectationem.

ARGUMENTUM.

Ostenditur Sanctissimam Virginem trimulam sapientiore[m] fuisse omnibus Angelis in celo.

ARTICULUS I.

Admirans, respondit mihi, quòd Sanctissima Virgo consecraverit se DEO, à renercimã suã infantia, quòd nullus alius præter illam facere unquam potest? sanè si judices de illa, sicut de cæteris omnibus

infantibus, id admirandi habes ansam. Sanctus Paulus asserit nobis: *Non prius, quod spirituale est, sed quod animale.* 1. Cor. 13. Vult dicere, quòd post peccatum Adæ omnes infantes nascantur velut parva animalia, quæ primò non habent

Et 2. habent

Diu-
turnus
progressus
rationis.

habent nisi usum sensuum, & longa post tempora modò acquirunt usum rationis. Quando hucusque pervenerunt, opus est tempore, ut tyrocinium ponant nascentis suæ rationis, quæ primitus nonnisi vacillat & titubat: Quando tota formata est, sc̄que ipsam gubernate idonea, plurimum adhuc requiritur temporis, quoad evadant spirituales, & mirum est, si evadant tandem, ad devovendum se integrè DEO: Hæc in omnibus filijs Adæ observatur procedendi agendique ratio. Fateor, prodigium fore, si aliquis infans, cui nondum conveniat nisi usus vitæ animalis, id faceret, quod hominum spiritualissimus vix facere posset, devovendo se DEO per actum perfectissimum, qui possibilis sit creaturæ,

Sed ita judicandum non est de Sanctissimâ Virgine. Memineris JESUM Christum esse novum Adam, & Sanctissimam Virginem novam Evam. Cogita tecum ipse, quid judicandum sit de secundo Adam, ex eò, quod accidit in primo; & quid tenendum sit de secunda Eva ex eò, quod contigit in primâ. Considera, quod in primo Adam animale non fuerit prius, sicut est in filijs ipsius; sed spirituale præcessit in ipso: Siquidem creavit illum DEUS in ætate hominis perfecti, & postquam formavit

ipsi admirandæ structuræ Corpus, velut opus perfectum & profectum è manibus DEI; contulit ipsi animam excellentem, totam refertam scientijs, gratijs, virtutibus & sanctitate; quæ ubi primam unita est ipsius Corpori, mox usus est illa non ad actiones vitæ animalis, sed ad exercitia maximè sublimia spiritualis vitæ ad adorandum DEUM suum, agendum ipsi gratias, ipsum amandum, sc̄que devovendum ipsius servitio. Spirituale igitur in ipso præcessit animale; & antequam intenderet creaturis, jam totus erat intentus ac devotus suo Creatori.

Prærogativâ Adæ potita est quoque Consortis ipsius Eva; recepit & ipsa, sicut ille, Corpus & animam in statu ætatis perfectæ: Et bonum est, observare breviter, quod Sacra Scriptura, quæ dixit, accepisse ipsam corpus desumptum è corpore Adæ, non dixerit, ipsam quodque recepisse animam. An fortassis nullam habuit? habuit procul dubio; Sed forsitan nulla de ipsâ sit mentio, ut insinuetur, ipsos non fuisse nisi unam animam in duobus corporibus. Ambo igitur præmiserunt spirituale ante animale, eòquod primam quod fecerunt, fuerit, quod devoverint se Deo à primo creationis suæ instanti. Si hoc verum est de Adam primo, an verum non sit de Adam secundo? Si verum est de Evâ prima,

Eve id fecit
similiter.

Adam im-
pendit pri-
mam ratio-
nis suæ u-
sum ad ado-
randum
DEUM.

an, an verum non sit de Evâ secunda? An credes, quod minus contulerit Deus proprio suo Filio, quàm suo servo? minus proptiâ suâ Matri, quàm suâ ancillâ? an Filius Dei eodem ambulet passu cum omnibus Filijs Adæ, & habuerit ab initio non nisi simplicem usum vitæ animalis, & longo tempore post vitæ usum rationalis, & adhuc longiori tempore post vitæ usum spiritualis? An expectaverit toto hoc admodum longo temporis intervallo, quin cognoverit, adoraverit, & amaverit Deum Patrem suum? Nonne Sacra Scriptura expresse dicit, quod cum mundam intraret, primum quoddam fecit fuerit, sese offerre divino suo Patri in sacrificium pro Redemptione mundi: *Ingressus mundum dicit. Hostiam & oblationem notuisti, corpus autem apstisti mihi. Tunc dixi, ecce venio.* Et residua adhuc S. Pauli Apostoli eximia in Epistolâ ad Hebræos verba.

Hem! quâ ratione præmisit ipse spirituale ante animale, à primo vitæ suæ instanti, quando nec vires corporis, nec usus rationis permittebant ipsi adhuc facere ingens hoc internum sui ipsius sacrificium Deo Patri suo, nisi per dispensationem quandam ætatis, quæ merito concessa est proprio Filio Dei? Nemo dubitare potest de hoc gratiæ miraculo in secundo Adam. Sed quia hoc tam certum est respectu Filij, quod nullum

fuerit vitæ ipsius momentum, quo non adoraverit Deum Patrem suum: quis non videt, rationi vel maxime consentaneum esse, & æquitati, si dicatur, quod Mater Dei facta fuerit particeps hujus privilegij, in ætatis dispensatione, quod collatum fuerat unico Filio suo, ut haberet medium præmittendi, sicut ipse, spirituale ante animale, cognoscens Deum, adorans & amans illum, seque devovens ipsi, à primo vitæ suæ instanti? An redigere quis volet Matrem Dei ad vilissimarum conditionem ancillarum, quas ætatis infirmitas tam diuturno tempore constringit impotentiam cognoscendi Deum? Si conceditur, congruum fuisse, ut illum cognosceret, ipsamque amaret citius quàm alij: quæram, quantò id citius? quâ ætate putas rationabile fuisse, speciali hoc privilegio locupletare ipsam? an in ætate trium annorum, quando concessit in templum consecrata se Deo? Opus quod tunc agebat, manifestum hujus erat iudicium, nec de hoc poterat dubitari.

Verum si concedes, ipsam recepisse tunc hoc privilegium, ex unico & solo gratiæ prodigio, iterum quæram: Ecce non adhuc citius? Cur non in primo instanti Conceptionis suæ? an magis impossibile erat Deo concedere id illi hoc tempore, quàm alio? an magis ipsa digna erat, illud recipere anno ætatis tertio, quàm primâ

E c 3 vitæ

se Sanctissimam Virgineam usum rationis ad devovendum se Deo,

Hebr. 10.

Quâ ætate credendum sit, accepit.

vita suæ horâ, eodquod omnibus
vita suæ momentis aequaliter de-
stinata fuerit, ut esset Mater Dei.
Fateor quidem, dicebam ipsi, nul-
lam in hoc affulgere impossibilita-
tem, imò etiam, piam id esse co-
gitationem, quæ non nisi Sanctifi-
simæ Virginis promoveat gloriam,
quin nostris adversatur principijs
fidei; verum non approbo opi-
niones particulares, quæ sapere vi-
dentur excessum; creditur id esse
inordinatam devotionis imaginatio-
nem; Quando sermò propugnandus
est aliqua veritas, viderem lū-
bens ipsam inniti vel Sacræ Scri-
pturæ, vel Sanctorum Patrum
traditioni.

Non immeritò, respondit mi-
hi: Sed vide, an fundamentum
mihi desit stabilendæ piæ huic opi-
nioni, quàm non assero velut ve-
ritatem, quæ pro certâ habeatur
in totâ Ecclesiâ, sed velut piam
quandam sententiam, edoctam &
evulgatam in Cathedrâ à Sancto
Bernardino Senensi, qui affirmat,
Sanctissimam Virginem habuisse
usum rationis in primo Conceptio-
nis suæ instanti.

Tom. 2.
serm. 31.
cap. 2.

Non est lo-
quendum
de Sanctis-
sima Virgi-
ne Infante,
sicut de a-
liis infanti-
bus.

Quòd multum aberrare nos fa-
cit, est, quòd judicare velimus
de illâ, sicut de alijs filijs Adæ.
Verum est, videre nos ipsorum a-
nimas velut tumulatas in corpore,
& rationem absorptam à carne. &
sanè videretur, infantium animas
totas esse immerfos materiæ, ita
ut non appareant, nec quidquam

operentur complurium annorum
spatio, quàm actiones, quæ usi-
tatae sunt animabus bestiarum: Et
hoc ipsis non immeritò convenit,
eodquod sint animæ jam debilitatae
à peccato, quæque jam mortuæ
erant, antequàm unatae. Sed totum
oppositum judicandum nobis est
de Sanctissimâ Virgine, cujus pu-
rissimum Corpus destinatum erat
ad serviendum tam nobili ratione
Spiritus, ut dici posset, ipsius car-
nem semper fuisse velut spiritum
immersam & spiritualem redditam.
Si consideres, quòd Virginalis ista
Caro ejusmodi fuerit locupletata
privilegio, ut purissimum conciperet
Spiritum, verbum inquam
æternum, ubi primum Sobolij ge-
nerandæ fuit idonea; an difficul-
ter credas, quòd anima ipsius pro-
fus Sancta, jam conceperit cum
ante ipsam, ubi primum potuit, id
est, à primo instanti vitæ suæ,
juxta effatum Sancti Augustini: *Ut prius conciperet mente, quàm*
ventre. O Deus! quàm procul
abest, ut cogitandum sit nobis,
magnam hanc animam immersam
fuisse carni, sicut animas catero-
rum filiorum Adæ, ut potius par-
vum ipsius Corpus immersum fue-
rit magnæ huic animæ: Siquidem
ipsa omnem habuit libertatem fa-
ciendi, quidquid volebat: Ipsa
ergò poterat devovere se Deo per-
fectissimè à primo Creationis suæ
instanti. Et idem dixi ipsam tri-
mul-

S. Augu-
stino.

mulam sapienterem fuisse omnibus Angelis in cælo.

Exemplum parvuli S. Joannis Baptiste facillè movere ad credendum, quòd Sanctissima Virgo cognoscere & amare potuerit Deum in ventre Matris suæ.

Et quòd me movere ad credendum id facillè, est, quòd observem dicere nobis Sanctum Evangelium de S. Joanne Baptista, quòd, cum adhuc clausus esset in ventre Sanctæ Elisabeth Matris suæ, in præsentia Infantis JESU, quem Sanctissima Virgo in suo portabat sinu exiliret præ gaudio: *Exultavit in gaudio infans in utero meo.* Cognovit, adoravit, admiravit præsentem Salvatorem suum, & cum sui abundantiam gaudij continere non posset, agitavit se & subijt in ventre Matris suæ: circa quòd Sancti Patres conveniunt, quòd necessariò debuerit DEUS concessisse animæ ipsius plenum & rationis & libertatis suæ usum, independentem ab ipsius Corpore, quòd ipsum in hoc statu reddebat illius adhuc incapacem, quamvis is usus non fuerit, nisi per modum transeuntis & ad aliquas solummodò horas.

Luc, 2.

Conspecto hoc prodigio, ad Sanctissimam converto me Virgineam, quæ præsens erat, dumque video, illam desuper modulati admirabile illud Carmen, in quo ipsius anima magnificat Deum: *Magnificat anima mea Dominum;* quòdque in hoc Carmine ipsa repetat eadem superabundantis verba cubili, quæ Sancta Elisabeth dixerat in Nomine sui Filij: *Exultavit Spiritus meus in Deo salutari*

meo; probè intelligo, eundem excessum gaudij proficisci ex eadem causâ in Sanctissimâ Virgine, & parvo Sancto Joanne. De hoc dicitur: *Exultavit in gaudio infans in utero;* Et altera responderet velut secundus in Musica Chorus, eodem omninò tono: *Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.* Unus sibi gratulatur de integritate suâ libertate in sinu Matris suæ, ut se totum devoveat Deo; Et hoc exilire facit ipsum præ gaudio: altera attestatur sensit se eandem gaudij in spiritu suo exultationem; Nonne credere possim, id fuisse ob eandem prærogativam, quæ fruebatur, cognoscendi & amandi Deum suum, in ventre Matris suæ!

Sed immeritò dixerim solummodò eandem; siquidem an æquum esset credere, quòd Mater non acceperit prærogativas sine comparatione majores, quàm servus? Itane? Sanctus Joannes Baptista habuerit usum rationis in ventre Matris suæ, ad devovendum se Deo, & Sanctissima Virgo non habuerit eum? Si ipse eum habuit à sexto Conceptionis suæ mense, sentiamus melius de Matre Dei, & credamus, quòd habuerit ipsum jam in primo Conceptionis suæ instanti. Si ipse eum habuit transeunter, credamus quid amplius de Matre, quòd habuerit illum, si non continuò sicut JESUS Christus, saltem frequenter,

Sanctissima Virgo habuit quid amplius S. Joanne Baptista.

ut

D. Thom.
3 p. 9. 17.
5. 7.

uti congruum erat supereminenti dignitati Matris JESU CHRISTI. Sanctus Thomas, qui negare videtur illi rationis usum in ventre Matris suæ, non id facit, nisi quia timet, derogare id honori JESU CHRISTI, eò quòd videatur assimilari ex hoc Mater suo Filio. Sed abjiciamus hunc timorem, cum magna adhuc occurrat differentia inter hæc duo: habere ex privilegio rationis usum, idque transeuntem, & habere illum continuè ex seipso, & ex natura. Unum est prerogativa solius Filij Dei, & alterum est privilegium Sanctissimæ ipsius Matris.

O Mater admirabilis! Ecce velimus statuere limites favoribus Dei erga te, cum videamus nec Deum posuisse hos illis, donando tibi Filium suum Unigenitum? Interrogarem hic, sicut Sanctus Paulus: *Quomodo cum illo non omnia donavit?* Quid potest is tibi dare, quòd illo non sit minus? Revereor ex toto corde meo, & amplector opinionem Theologorum, admittentium plerumque u-

Tria pul-
ehra effata
Theologi-
ca pro glo-
ria Sanctis-
simæ Virgi-
nis.

niversalem hanc regulam, quòd credendum sit, Deum omnes prerogativas, quas quibusvis concessit Sanctis, concessisse etiam Matri suæ. Sed vellem ipsos hanc adhuc magis ampliare, nec restringere ad hæc solum; optarem enim ut dicerent, quòd, quidquid magnum Deus dare potest puræ alicui creaturæ; quòdquidquid con-
gruum est supremæ dignitatis Matris Dei, credendus sit illi dedisse; quòdque unico verbo, id omne, quòd minus est Deo, quamvis sit cogitare possumus, nunquam sit nimium, ad declarandum omnes ipsius excellentias. Vellem denique, ut crederent omnes, quòd magis appropinquet ipsa ad perfectiones DEI, quam cæterarum creaturarum imperfectiones; sicque, quando loquendum est de ipsa, non attendi debeat id, quòd aspicitur in creaturis, sed quòd est in DEO, quòdque incompatible non sit cum statu creaturæ supræ cæteras omnes privilegiatæ.

ARGUMENTUM.

Sanctissima Virgo consecravit se Deo ab infantia suâ nuncupando votum de conservanda perpetuè Virginitate.

ARTICULUS II.

OMnia admirabilia sunt in Sanctissimâ Matre DEI, omnia sunt privilegiata, omnia excedunt id, quòd dici potest de cæteris Matribus. Sanctus Epiphanius valde prudenter obser-

observat, nunquam aliquem fuisse, qui loquens de MARIA, non appellaverit ipsam Virginem per antonomasiam; & quando etiam nominatur Mater Dei, quod est elogiorum ipsius præcipuum; ad jungi solet nomen Virginis, & dicitur Virgo Mater. Ecclesia cantat & ubique plenâ voce resonat de ipsâ: *Sancta Virgo Virginum*; ex eadem ratione, quâ enuntiat de JESU CHRISTO, quod sit: *Rex Regum, & Dominus Dominantium*. Regem Regum appellat ipsum, dicere volens, quod ipse Rex sit ita transcendens omnem potestatem & dignitatem regiam, ut ceteri Reges intuitu ipsius Reges amplius non sint, sed simplices subditi; quod Dominus dominantium sit, eodquod respectu ipsius omnes alij Domini, non amplius sint Domini, sed mera mancipia, famuli & servi. Sic MARIA Mater Dei est Virgo Virginum, eodquod intuitu ipsius omnes aliæ Virgines minoris sint, quàm Virgines. Quare hoc? nisi quod ipsius Virginitas obtineat prærogativas & excellentias incomparabiles supra omnes alias. In quo, interrogavi ipsum? Transcendit illam, inquit, omnium filiorum Adæ; excellit etiam illam Angelorum; Imitatur mirum in modum illam Dei ipsius. Hæ propositiones videbantur nobis ab initio admodum peregrinæ, sed harum veritatem nobis ita demon-

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

stravit, ut firmissimam illis adhiberemus fidem.

An dubitatis, prosequitur, quia ipsa sit Virgo Virginum, id est, Virgo incomparabiliter excellens ceteros omnes filios Adæ? Videte præeuntem illam tot millionibus aliarum Virginum, quæ devoverunt se Deo post ipsam: *Adducentur Regi Virgines post eam*; id est, postquam ipsa sublimavit omnium prima gloriam puritatis Virginalis, quæ hætenus nullius erat existimationis, sed potius ducebatur probro in lege antiquâ, in quâ cum haberetur honori locupletari filijs, opprobrium credebant carere illis; cumque omnes aucuparentur fecunditatem matrimonij, velut gloriosam quandam benedictionem, fugiebant Virginitatem sterilitatis comitem, velut maledictionem quandam ignominiosam. Quis est, qui erexit Virginitatem è statu tam abjecto & despicibili, illamque reddidit adeo gloriosam & honorabilem, ut triumphaverit postmodum in tot ac tantis legionibus Sanctarum Virginum, quæ extiterunt posthæc summum Ecclesiæ ornamentum? Nonne hæc Sanctissima Virgo erat? Origenes dicebat jam olim, primitias Virginitatis virorum esse JESUM Christum, & hanc mulierum suam trahere gloriam ex illâ Virginis Sanctissimæ. An visum est unquam, quod aliquis conciliaverit sibi plus reveren-

E. f. tiz.

Cur appellatur MARIA Virgo Virginum.

Psal. 44. Ipsa contulit æstimationem & gloriâ Virginitati.

tiz, etiam apud profligatissimos quosque quam ex puritate Virginali? si quaeris, undè hoc oritur; dico, id esse parvum quendam radium gloriæ ex incomparabili hac Virginitate Sanctissimæ Mariæ Dei, refulgentis in illa; si ergò ipsis est gloriæ, ex eo, quòd sint Virgines; quanta abundantia & superabundantia gloriæ exin dimanabit in Virgines Virginum?

Honor ab antiquis exhibitus Virgibus Vestalibus cedit honori, qui debetur Sanctissimæ Virgini.

Volui insinuare hic unicum verbum: Virgines Vestales in tanto honore erant Romæ ante Nativitatem Sanctissimæ Virginis, ut venerationi essent quasi vivæ quædam divinitates, ita ut, si Imperator aliquam in plateis haberet obviam, ipsi cederet, imò recederet omnino, non audens ex reverentiâ ipsi appropinquare. Quid cogitas, respondit mihi? an allegare mihi voles Virgines Vestales? Paganismum ipsæ colebant, & consequenter concubinæ erant diaboli, sicut ipsas appellat Origenes; adornabant se velo virginitatis, ex quo comparabant sibi multum splendoris & gloriæ; verùm abscondebant sub illo fastum, ambitionem, proprium commodum, & alia vitia, quibus conciliabant sibi contemptum. Sanctus Ambrosius depingit illas tribus verbis exactissimè: *Vestaliū Virginitas erat emptitia, temporanea & fastu plena.* Pondera horum vitæ verborum: *Erat emptitia*: magna conferebantur ipsis pœmia, ut personas agerent

S. Ambros.

Virginum; dici ergò non potest cum veritate, ipsas Virgines fuisse, eò quòd amatrices non fuerint puritatis, sed magnorum provenituum, quibus à Republica locupletabantur. *Erat temporanea*: Non devovebant se absolute & perpetuò Virginitati, sed ad certum solummodò tempus, cuius finem expectabant anxie, ut reliquum vitæ suæ consecrarent voluptati & concupiscentiæ, quæ tantò erat vehementior, quòd tam longo tempore fuerit frustrata non nisi à spe satisfactionis & oblectationis futuræ. *Erat fastu plena*: Quòd prius adhuc exiit, est, quòd pro eo, quòd vera virginitas humilitate & modestia exornet, falsa hæc & ficta ipsas impleverit fastu ac vanitate. An adducere quis audeat hoc virginitatis phantasma in conspectum Virginitatis Virginis Sanctissimæ, quæ tam admirabilis est, ut nulla alia ipsi possit comparari? Et ecce quam ob causam.

Voluntas constans conservandi semper puritatem & integritatem sui corporis, quòd secundum S. Thomam essentialè est Virginitati, virtus erat Sanctissimæ Virginis in gradu eminentissimo. Plures alij ante illam habere potuerunt hanc voluntatem, & consequenter esse Virgines, sicut Propheta, Elias, Elizeus, Jeremias, Daniel, sed quis alius ante ipsam confirmavit & stabilivit in perpetuum hanc voluntatem.

Reprehensio Virginitatis Vestalium

S. Thom.

Nullus facit Virginitatis perpetuæ vocem ante Sanctissimam Virginem

luntatem per votum quoddam æternum? Votum Virginitatis perpetuæ inauditum quid in Veteri Testamento ante Sanctissimam Virginem.

Nullus tam perfectè servavit hanc, sicut ipsa.

Plures post illam imitati sunt ipsius Virginitatem, & etiam ipsius votum per cuncta novi Testamenti tempora: Sed quis alius conservavit ipsam tantâ cum perfectione & puritate citrà hoc, quòd unquam senserit vel minimum motum concupiscentiæ, non magis, quàm si corpus ipsius purus fuisset spiritus? Ipsa sola est, quæ, cum non senserit æstum peccati originalis, non sensit etiam fastidiosos ignis huius infernalis reliquias, quæ perseverant adhuc post aquas Baptismi in omnibus filiis Adæ; cumque hic ignis naturalis sit, nunquam non periculosas quasdam ejaculatur scintillas, quæ saltem efficiunt, ut sentiatur malum, quamvis non semper trahant in consensum. Imò Virginitas in alijs, quando conservaretur etiam semper pura, conservari tamen non potest semper pacata & tranquilla; ipsa inevitabiles suas habet luctas, & non semper est certa ipsius victoria: Non nisi Sanctissimæ Virginis Virginitas pari ratione & pura & pacata fuit, tamque secunda ac certa, quasi nunquam constitisset Corpore.

Sed quando etiam supposueris, inventos fuisse quosdam alios, qui ex singularissimo gratiæ privilegio

conservaverint Virginitatē æqualiter puram & pacatam, adeò, ut nec senserint naturalis concupiscentiæ rebelliones; quæ alia Virginitas comparari possit Virginitati Sanctissimæ Virginis cum inaudito hoc cuncta per sæcula privilegio, quòd nullus comprehendere potest intellectus humanus, omnes admirantur Angeli? Virginitas juncta Maternitati; ipsa Virgo est, & tamen est Mater; ipsa Mater est & tamen est Virgo; ipsa conservat perfectam quandam integritatem, & tamen concipit infantem; ipsa hunc portat statuto tempore, ipsa hunc parit, ipsa hunc lactat suis uberibus; & purissima est Virginum? Quæ alia comparari possit cum ipsa? Ecclesia id admirans deprecatur ipsam, quòd sit Virgo singularis, unica, absque pari. O quam verè ipsa est incomparabilis, infinita ratione transcendens omnes alias Virgines!

Nunquam natura nec gratiæ produxerunt ejusmodi Virginem; universus orbis similem conspexit nunquam; omnes tum Angelorum, tum hominum intellectus comprehendere non possunt ingens hoc prodigium. O portentum creaturarum omnium! Virgo Virginum, Mater Matrum, Virgo omni tempore, ante partum, in partu, post partum suum; Virgo omni ratione ac modo, in corpore suo, in animâ suâ, in oculis suis, in corde suo, in cogitationibus.

E. f. 2.

Ipsa sola Virgo & Mater est.

Prodigia Virginitatis Matris Dei.

nibus suis, in verbis suis, in affectibus suis & in desiderijs suis. Mater admirabilis, quæ solâ dat totum esse suo Filio, quæ lactat ipsum mammis suis, quæ fecundæ sunt & Virgines, quæ sola nutre ipsam, qui universum nutrit mundum. Nunquam inveniret quis finem, si animum quis suum excurrere permitteret in consideratione infinitorum aliorum prodigiorum, quæ intueri licet in admirabili hac Virginitate. Sed hæc abundè sufficiunt ad confirmandum id, quod dixeram, quod nempe Virginitas Sanctissimæ Virginis incomparabiliter transcendat illam omnium filiorum Adæ.

Ipsi Virginitas excellit illam Angelorū.

Dixi, secundo, quod transcendat etiam illam Angelorum. Hæc veritas tam facile demonstrari & persuaderi potest, ut non nisi duobus indigeam verbis. Si omnes Angeli in cælis disceptare de puritate vellent cum Sanctissimâ Virgine, dicere possent: Nos omnes sumus Virgines; sed hæc responderet ipsis; Ita, verum vos estis per naturam, & ego Virgo sum per gratiam; consequenter mea Virginitas, quæ supernaturalis est, longè excellit vestram. Si dicerent ipsi, nos omnes immunes sumus à minimâ impuritatibus maculâ: hæc responderet ipsis; Ita; Sed hic status est vobis necessarius, & consequenter absque merito; & ego majorem vobis possideo puritatem, huncque statum liberè amplector

ac voluntariè, & consequenter magno cum meritorum cumulo. Possent ipsi dicere; non est nobis nec minima quidem ad impuritatem propensio; responderet hæc ipsis: id mirum non est, eoque puri vos existatis spiritus; quomodo sentire possitis desideria Corporis è carne, quam non habetis? Sed ego, quæ carnem circumfero humanam, non plus sentio, quam vos, minimam erga carnem inclinationem, per nunquam intermissum gratiæ prodigium, virtute cuius supra naturalem meam attollo conditionem. Omnino igitur manifestum est, quod Virginitas Sanctissimæ Virginis longè transcendat illam Angelorum: Et tamen hoc non est, quod Virginali ipsius puritati maximum conferat splendorem.

Sed quod plurimum illustret ipsam, est, quod mirificè imitetur Virginitatem Dei ipsius. Virginitas in Deo tam pura est, ut sit puritas ipsa, & tamen tam fecunda est, ut producat & generet Deum, qui est Filius æqualis Patri suo, ita ut ipsa faciat, constituat & relinquat Patrem Virginem: Et puritas tam Virginalis est in MARIA, ut ipsa sit Virginitas ipsa, & nihilominus tam fecunda est, ut producat Deum, qui unicus est Filius Matris Virginis. Pater æternus est simul Pater & Mater respectu Filij sui Unigeniti, eoque ipse sit Pater Virgo; Et Sanctissima Virgo est

Comparatio inter Virginitatem Dei Patris & illam illam Virginalis

est simul Pater & Mater respectu Unigeniti sui Filij, ed quod ipsa sit Mater Virgo. Nunquam Virginitas fecunda est producendo Filium ex propria sua substantia, nisi in Deo Patre, & in sola Sanctissima Virgine. O admirabilem Virginitatem ex utraque parte! O portentosam conjunctionem fecunditatis cum Virginitate ex parte utraque: Sed in qua ex utraque magis videtur admirabilis? Admiror illam in Patre, ed quod producat ab aeterno, & permaneat Virgo in aeternum; & tamen hoc tam admirabile non videtur, ed quod substantia, quam producit, pure sit spiritualis; admiror igitur magis illam in Sanctissima Virgine, ed quod substantia, quam producit, spiritualis sit & corporalis, & nihilominus semper permaneat Virgo. An altius attollere posset suam Virginitatem, quam attollendo illam ad sublimem hanc imitationem Virginitatis Dei!

Prima Virgo est Sanctissima Trinitas.

S. Gregorius.

Certe si Deo nascendum erat, nasci non poterat nisi ex Virginitate; & si pariendum erat Virginitati, parere non poterat nisi Deum. Sanctus Gregorius summe extollit Virginitatem considerans ipsam in suo principio: *Prima Trias Virgo est.* Dicit primam Virginem esse Sanctissimam Trinitatem. An sublimius quid dicere poterat ad ipsius laudem? Vide, quod adoranda Trinitas non solum sit prima Virgo; sed etiam non

subsistat nisi per Virginitatem infinita ratione fecundam, & per fecunditatem infinita ratione Virginem; Et hoc est, quod constituit incomprehensibilem hanc unionem Unitatis cum Trinitate, & Trinitatis cum Unitate. Deus est Unus, quia est Virgo, & est Trinus, quia est fecundus: Quomodo haberet unitatem, nisi haberet perfectam integritatem, absque divisione, absque partitione, & absque commixtione? Ecce quomodo ipsius Virginitas constituat ipsius Unitatem. Sed quomodo haberet Trinitatem, nisi haberet perfectam fecunditatem, ubi una persona producit aliam? Pater producit suum Filium; Pater & Filius producunt Spiritum Sanctum; quae admiranda magis fecunditas, quam illa quae producit Deum? Ecce igitur, qua ratione fecunditas producat vel constituat Trinitatem; Et haec est fecunditas Virginea, & Virginitas fecunda. Et ecce primum exemplar perfectae Virginitatis: *Prima Trias Virgo est.* Nonne merito adjungatur cum S. Ambrosio: *Secunda Virgo MARIA est?*

Virgo secunda est MARIA, secunda est quae juxta aeternum hoc Trinitatis Virginis Exemplar, formata est ad perfectam ipsius similitudinem, ut omnium excellentissima sit Virginum. Secunda Virgo eximium est egypton Virginis primae, quae Sanctissima est Trinitas, ed quod

F f 3

sicut

Ambrosius sicut ipsa, conjungat Virginitatem purissimam cum maxime admirandâ fecunditate. Intellego mysterium, dicit S. Ambrosius, Filius DEI, qui nasci non potest, nisi ex Patre Virgine in æternitate, nasci etiam non vult nisi ex Matre Virgine in tempore: Secunda nativitas degenerare non debet à primâ: Recipit ipse infinitam puritatem à DEO Patre suo, & confert hanc Sanctissimæ Mari suæ; ipse qui delectatur & pascitur inter lilia, vult Virginitatem fecundam divini Patris sui, & fecundam Virginitatem Sanctissimæ Matris suæ, duo esse lilia, quæ suas constituunt delicias, eòquod sint ipsæ duo principia duarum harum Nativitatum. O Virginitas fecunda Patris! tu voluptas es Verbi æterni! ô fecunditas Virginea Matris! tu voluptas es Verbi Incarnati.

Quomodo anima nostra imitari debeat Virginitatem & fecunditatem Virginis Sanctissimæ.

Anima mea, ecce Archetypum admirabile, quod tuis exponitur oculis: Aspice illud, considera illud, imitare illud. Vis esse sponsi cælestis paradisi, ubi ipse suas capiat delicias, junge cum Virginitate fecunditatem, facque ambas totas cælestes esse & divinas. Esse Virginem corpore est felicitas, quam non possident omnes; sed anima semper est Virgo, quando Virgo vult esse. Anima Virgo est;

quando pura est; pura est, quando perfecte exempta est ab omni sordide peccati; ab illo exempta est, quando sanctificatur per gratiam, animatur spiritu DEI, & divino ipsius exardescit amore; anima, quæ in hoc statu est, confertur Virgo ante DEUM: sed oportet conjungere ipsam cum Virginitate fecunditatem. Anima fecunda est, quando concipit bona desideria, quando parit bona virtutum pignora; fecunda est, quando progignit multa bona opera, preces, elemosinas, jejunia, fecunda est, quando cor ipsius producit multos bonos actus contritionis, humilitatis, patientiæ, obedientiæ & amoris DEI; quando ipsius manus charitative succurrunt proximo, quando ipsius pedes moventur eò, ubi DEI promovetur honor & gloria. Felicem & millies felicem animam, quæ ita imitari novit Sanctissimæ Virginitatem & fecunditatem Virginis; auspiciatissimam enim fructur sorte, ut cælestis sponsi evadat paradisi.

Credis te aliquid intellexisse de gloriâ Virginitatis Virginis Sanctissimæ? sed non; nihil intellexisti de eâ; audias id velim, quod magis adhuc ipsius ex tollit gloriam.

ARGU

ARGUMENTUM.

Votum Virginitatis perpetuæ, erat excellens dispositio in Sanctissimâ Virgine, ut evaderet Mater DEI.

ARTICULUS III.

Admiranda
& incomprehensibilia consilia DEI.

Quantum viæ DEI transcendunt vias hominum, quamque incomprehensibilia sunt divini ipsius spiritûs consilia spiritui humano! Abraham tu Pater eris credentium, erit tibi posteritas tam numerosa, ut transgressura sit numerum stellarum in cælo, quodque tibi summæ erit gloriæ, videbis nasci ex eâ solem justitiæ, Verbum Incarnatum. Ut magnum hoc consilium felicem sortiatur eventum, ipsemet Isaac sacrificato tuum, unicum illum filium, quem obtinuisti per miraculum in supremâ senectute tuâ, & à quo solo dependet longa hæc posterorum tuorum series: Amputa ipsi caput propriâ manu tuâ, & velut holocausti hostiam combure illum. Hem! Domine, quomodò vis dare ipsum vitam tot filijs, si ipsemet hæc ipsum exueris? quomodò habebis rivulos, si ipsum exsiccaveris fontem? Crede in spem contra omnem spem, & examinare noli consilia Spiritûs DEI, quæ incomprehensibilia sunt tibi. Vadit, suam secum ducit victimam, præparat omnia, jam immolabat ipsum in corde suo,

& apprehendens manu gladium, jamjam vibrare vult idem & cum pretiosâ hæc vitâ rescindere & illam tot millionibus posterorum. Satis est, innumeros habebis nepotes & posteros, eoque consenseris habere ipsorum nec unum.

MARIA, tu Mater eris Unigeniti Filij DEI, tu paties Salvatore mundi: Sed ut Mater sis, permane semper Virgo, & ut Mater sis æterni DEI, obstringe te voto Virginitatis æterno. *Quomodò fiat istud, quoniam virum non cognosco!* Hem! Domine, quomodò vis, me fieri Matrem, si permaneam semper Virgo? obstringere se voto Virginitatis perpetuæ, nonne est velle nunquam habere filios? Ita voluntariam id est sibi ipsi adsciscere impotentiam nunquam habendi filios, sicut homines; sed eximia dispositio est habendi Filium sicuti Deum. Non esset is Pater Filij sui Unigeniti ab æterno, nisi esset Virgo ab æterno, & tu etiam non eris Mater ejusdem hujus Filij, nisi semper sis & maneas Virgo.

Sanctus Augustinus in insigni quodam sermone de Nativitate
Admiratio S. Augustini circa
San-

Virginitatem fecundam MARIÆ secundum nativum. B. V. MARIÆ.

Sanctissimæ Virginis, videtur totus accensus Zelo, totus abreptus gaudio & admiratione, aspiciens tot ac tanta prodigiorum genera. Quis est, inquit, fratres mei, qui aspiciat divinum hunc solem sub nube Virginei & materni uteri; conservantem eisdem Majestatis suæ splendores, quos habuit ab æterno in sinu Patris sui, quin suos offendat & offundat oculos? Quis intellectus concipere potest, quod æterna hæc Conceptio in intellectu Patris, temporalis sit Conceptio in ventre Matris, quodque in utroque Conceptio hæc facta sit per Virginitatem? Quæ lingua sit idonea de hoc loqui? quæ facundia sit apta id explanare? & exin conversus ad Sanctissimam Virginem: Dic mihi, ô Mater admirabilis Sancti Sanctorum, quâ ratione pretiosus fructus Ventris tui formatus sit inter Virgineæ puritatis tuæ lilia? dic mihi, quâ ratione fieri potuit, ut ille, qui fecit omnia quique fecit reipsum, factus sit in te, & per te, quodque Pater tuus, tuus sit Filius? dic mihi, quâ ratione omnino sis simul Pater ipseus, & Mater ipseus, nunquam non conservans tam perfectam Virginitatem, cum tam stupendâ fecunditate. Quis tibi ingens hoc privilegium obtinuit? quid pro hoc obtulisti DEO? cujus implorasti intercessionem? quas attulisti dispositiones? Dic mihi tandem, quâ ratione ingen-

tem hanc affecta es felicitatem. Introducit ipsam ad hoc respondentem: *Oblatio mea est virginitatis promissio.* Quæris, quid obtulerim DEO, ut obtinerem Filium ejus Unigenitum, ut evaderem ipsius Mater, promissi ex voto, me semper fore Virginem. *Oblatio mea est humilitas mea.* Ut elevarer ad sublimem dignitatem Matris DEI, annihilavi me ipsam coram eo, & dixi, me indignissimam esse ipsius ancillam: ô præclaram dispositionem! ô admirandum consilium Spiritus Dei! ut esset Mater, permanet semper Virgo, & ut dignitatem obtineret Matris DEI, sui ipsius maximum concepit despectum.

Quantâ admiratione debebant percelli presbyteri inservientes templo quâdò perceperunt Sanctissimam Virginem nuncupasse Virginitatis votâ per totam vitam suam, quod diebus illis res erat inaudita, ubi tantæ existimationis erat matrimonium, tantæque despiciabilitatis continentia; ubi fecunditas & multitudo prolium credebatur; magnâ dives benedictione DEI, & sterilitas opprobrium post se trahere videbatur, Deique. Maldictionem? aspiceret teneram puellam, voluntariè hæc sibi imponere obligationem, quanta hæc est novitas! dic nobis dilecta Filia, quis tibi hæc suggestit consilia? quis hæc tibi contulit sensa? quis eatenus præluxit tibi exempto? quis

Sacerdotum
Templum
mirabantur
Votum
Sanctissimam
Virginem

Ma

Dis
facc
& l
qu

quis in ejusmodi firmavit te proposito? quis inspavit tibi hanc vivendi rationem nunquam hucusque ulli exploratam?

Tantam aspiciant sapientiam in ipsius responsis, tantam scientiam in ipsius intellectu, tam nobiles affectus in ipsius corde, tantam puritatem in ipsius moribus, tantam prudentiam in ipsius agendi modo, imò & aliquid tam divinam in ipsius resurgens facie, ut ominantur non immerito latere hinc aliquid inusitatum & proxiis singulari. Legebant in Vaticinia hoc tantæ auctoritatis oraculum, ubi DEUS promittens Messiam, manifestis affirmat verbis, ipsum concipiendum & nasciturum è Virgine: *Eccce Virgo concipiet & pariet Filium*; nuncupandum insuper Emmanuel, quod est, Nobiscum DEUS. Vaticinium hoc falsum esse non potest, edquòd promissio sit & purum Verbum DEI; adimpletum etiam nondum est, edquòd nunquam facta fuerit mentio de Virgine, quæ pepererit, & nondum etiam advenerit Messias. Sed ecce modò tempus designatum vobis Prophetis omnibus. An forsitan sit hæc Beata illa Virgo prænuntiata nobis, quæ paritura sit felicitatem mundi?

Ipsa Virgo est ex professione, ut voto expressè nuncupato, & nulla hucusque alia ejusmodi voto consecravit se DEO; aspicitur

B. P. Isaac Consultat, Tom. III,

in ipsa quid insolitum, tamque divinæ observantur dispositiones, ut nihil hujusmodi fuerit hactenus conspectum? an forsitan definita sit ipsa in Matrem desiderati cunctis gentibus? an ipsa data sit nobis Messiam toties promissum, tamdiu expectatum, tamque ardentè desideratum ab initio sæculorum? aliqui dicebant; quis credat ipsum venturum in diebus nostris, quàm in illis Patrum nostrorum. Sed tamen respondebant alij, promissiones hæ factæ non sunt, ut perpetuò promissiones maneat; oportet illas aliquando impleri, alioquin falsæ forent: Et quantò perdurarent jam diutius, tantò major affulget nobis spes ipsas citius finiendas, & tandem adimplendas fore. Verum est, respondebat alter, sed quis credat, parvam hanc & pauperem puellam destinatum esse à DEO pro tanto prodigiorum prodigio, quod universum stupore concutiat mundum? Nonne putatis, maximam quæ in mundo sit, Reginam ac Dominam, ad hoc exequendum magis esse idoneam? neutiquam, replicabat alter. Siquidem exaratum est de Matre Messie, quòd non solum sit futura Virgo, sed etiam futura pauper, edquòd paritura sit ipsum in stabulo, & reclinatura in præsepio duo inter animalia. Unico verbo schisma erat inter eos; non erant satis

Gg ob;

circa votum sanctissimæ Virginis.

Isai. 7.

Discursus
sacerdotum
& Doctorum
regis

obscurati, ut viderent nihil; nec satis illuminati, ut aspicerent veritatem totum quod restabat illis, erat admiratio & singularis reverentia, quâ Sanctissimam prosequerentur Virginem.

O si illustrati fuissent lumine, quod Spiritus Sanctus post hæc tempora communicavit Sanctis Patribus Ecclesiæ, & hi communicarunt nobis circa excellentiam incomparabilem Virginitatis ipsius! Sanctus Joannes Damascenus inter alios, qui totus honori Sanctissimæ Matris DEI consecratus videbatur, ad gratulans felicitati Sanctæ Annæ, quod pretiosam hanc Filiam à DEO sibi donatam largita sit mundo, affirmat, quod produxerit & genuerit in ipsâ personam Virginitatis: *Virginitatis personam delineans*. Quid inquis magne Sancte, Sanctissimam Virginem nuncupans personam Virginitatis? an ignoras, quod Virginitas sit accidens, quodque accidentia, quæ non subsistunt ex se ipsis, non habeant personam: Siquidem persona est substantia, quæ subsistit ex seipsâ: Quomodo igitur loqueris de Virginitate velut de Personâ? ô prodigiosam excellentiam Virginitatis in Virgine Sanctissimâ! non poterat ipsam extollere aliis, quàm ipsam nominando Personam; siquidem in hoc mirifice imitatur Virginitatem DEI ipsius.

Quâ ratio- Ubi invenies Personam Virgi-

nitatis, id est, Virginitatem substantialem vel subsistentem, quàm in solâ Personâ DEI Patris, cuiusque imitatio solam commendat Sanctissimam Virginem? DEUS Pater est sola Persona divina, quæ possidet Virginitatem modo excellentissimo, cum fecunditate, siquidem ipsa sola producit Filium unicum absque concursu alterius Personæ. Filius producit Spiritum Sanctum quidem, at concurrente Personâ Patris; Pater ergo solus est, qui verè dicitur Persona Virginitatis; siquidem ipse Filius Virginitas non est accidens eodè quod audiens esse non possit in Deo; sed est propria ipsius substantia divina. Jam substantia subsistit ex seipsâ & est propria sua Persona; ipse solus ergo appellandus est *Persona Virginitatis*. Sed post Personam hanc divinam, non interveniens nisi unicum Personam humanam, nempe Sanctissimam Virginem, quæ possideat juxta exemplar Patris Virginitatem cum fecunditate. Ipsa est Virgo velut Pater æternus, eodè quod producat sicut ipse absque concursu alterius Personæ: Ipsa est fecunda sicut ipse, eodè quod producat in Sanctissimâ Humanitate eundem Filium Unicum, quem producit ipse in divinitate. Ipsa igitur sola est Persona humana, sicut ipse sola est Persona divina, ubi Virginitas conjungitur cum fecunditate. O Virginitas rara! ô Vir-

ginita-

ne Sanctis-
ma Virgo
sic Persona
Virginitatis.

Sensa San-
ctorum Pa-
trum circa
Virginita-
tem Matris
DEI.

S. Dama-
scenus.

ginitas sublimis Sanctissimæ Virginis! ô Virginitas admirabilis, quæ non solum transcendit & excellit illam omnium cæterorum Filiorum Adæ, non solum transgreditur & superat illam Angelorum, sed insignitur glorâ imitandi illam DEI ipsius.

Non tamen idèdè dicam: quòd Virginitas substantia fuerit in Sanctissimâ Virgine, nec quòd fuerit propria ipsius Persona, sicut est in DEO: Novi hanc esse non nisi accidens in ipsâ, non minus, quàm sit gratia, humilitas vel charitas, & omnes aliæ virtutes. Jam natura accidentium non est subsistere ex seipsis, nec esse à seipsis, nec possidere totum & integrum suum esse, sicut possident substantiæ, sed est esse alterius, impertiri se aliis subjectis, quibus inhaerent, ipsisque communicare partem aliquam esse sui portionem; sed non communicant se unquam tota & integra uni soli, nec etiam omnibus subjectis, quibus inhaerent. Exempli gratiâ, humilitas, quæ est virtus tam insignis & fundamentum cæterarum omnium, est accidens quoddam quod non est in seipso, sed communicat se bonis animabus, quarum aliæ plus, aliæ minus participant ex eâ, & ex hoc vocantur humiles, quia habent humilitatem; sed nec una sola habet totam humilitatem, nec omnes, quæ sunt, quæ fue-

runt, vel esse possunt, totam eam habent, ita ut semper aliquid restet illius pro aliis animabus, si creare illas DEUS voluerit, quæ eandem haberent humilitatem. Ecce naturam accidentium, quæ profectò valdè est admirabilis.

Si ex suppositione ejus, quod nobis videtur impossibile, ali- quod accidens subsisteret ex seipso, exempli gratiâ humilitas, videre esset duo plurimum stupenda. Primum, quòd ipsa sola possideret totum esse humilitatis, ita ut omne id quod est humilitas, omne id, quod fuit, & omne id, quod esse potest, totum collectum esset in ipsâ solâ, seorsim & independentes à cæteris rebus omnibus, & hoc in infinitum procedit nobis omninò incomprehensibile. Alterum, quod æquè stupendum esset, est, quòd nihil prorsus humilitatis esset extra illâ, quòdque nemo humilis esse posset nisi per illam: Quicumque humilis esse vellet, protenderet ad ipsam manus, aliquam donorum ipsius efflagitans partem, cum certum sit, neminem humilem esse posse, nisi per humilitatem. Venio nunc ad argumentum de Virginitate Sanctissimæ Virginis.

Quandò video, quòd tota Ecclesia non solum agnoscat ipsam ceu Virginem Virginum, & velut Purissimam Virginem per antonomasiam: Sed etiam nuncupet & deprædicet ipsam velut

prodigia
Virginitatis
in Sanctissimâ
Virgine.

Sanctam & Immaculatam Virginitatem: *Sancta & Immaculata Virginitas, quibus te laudibus efferaui, nescio, quia quem caeli capere non poterant, tuo gremio contulisti.* Quis non admiretur consilium Spiritus Sancti, insinuantis haec verba ori Ecclesiae! An vult declarare nobis, quod Virginitas subsistat in ipsa, velut si esset propria ipsius substantia, id est, quod totum esse Virginitatis, quae fuit, vel quae esse potest in omnibus Virginibus, quae in caelo sunt & in terris, collectum & unitum sit in ipsius Personam, ut ipsa sit, per imitationem quandam Dei Patris, Persona Virginitatis; *Virginitatis Personam delineans*; vel insinuare nobis vult non nisi ad ipsam pertineat totam possidere Virginitatem, velut dignum divinae Maternitatis suae apparatus, quodque omnes aliae non sint Virgines, nisi per communicationem quandam vel mutationem ex sublimi hac Virginitate; quae si tota resideret in Sanctissimam Virgine velut in suo throno, utique supplices oportet ipsi porrigere manus, ad obtinendum aliquid ex incomparabili ipsius puritate. Quomodo intelligi hoc debet? nescio, nisi quod iudicio meo, nobilior formari non possit idea de ipsius Virginitate, quam honorando ipsam, cum Ecclesia eximio hoc titulo: *Sancta & Immaculata Virginitas.*

Differentia

Nonne videri, non fieri sex-

tionem de ipsa, velut de ceteris sanctis, sed ratione quadam velut de ipso DEO; tam arctam ac propinquam unionem habet cum infinita ipsius Majestate. Dicitur de alijs sanctis, quod sint, exempli gratia, iusti, sed dicitur de DEO, quod sit iustitia: Dicitur de illis, quod sint charitativi; sed dicitur de DEO, quod sit charitas: dicitur de illis, quod sint sapientes; sed dicitur de DEO, quod sit sapientia infinita; dicitur de illis, quod sint Virgines; sed dicitur de DEO, quod sit Virginitas. Non spectat nisi ad DEUM completi in seipso simplicissima quadam & sublimissima ratione omnes perfectiones, quae inter ceteras divisa sunt creaturas, quaeque in ipsis non nisi sunt accidentia, quae non subsistunt ex seipsis, quae vadunt & veniunt, & facile amittuntur: Sed haec omnia subsistunt in DEO velut propria ipsius substantia, & consequenter non sunt aliud nisi propria ipsius divinitas. Nonne hac quasi ratione & verba sunt de Sanctissimam Virgine, omnino aliter, quam de ceteris sanctis; dicitur de alijs, quod sint Virgines; sed dicitur de hac, quod sit ipsa Virginitas; dicitur de illis, quod sint humiles; sed dicitur de hac, quod sit ipsa humilitas; *Respexit humilitatem ancille suae.*

Magnus Apostolus mirabile quoddam cruciat verbum loquens
de

1. Cor. 1.

7. 11.

de JESU Christo in primâ suâ ad Corinthios epistolâ, ubi dicit: *Quod nobis sit factus sapientia à Deo, & justitia, & Sanctificatio & Redemptio, ut qui gloriatur in Domino, gloriatur.* Quando dicit, quod JESUS Christus factus sit nobis, recognoscimus in hoc opus Sanctissime Virginis, siquidem ipsa est, ex qua is factus: *Factus ex muliere.* Sed quando dicit, quod factus sit nobis sapientia, justitia, Sanctificatio, Redemptio, agnoscimus inestimabilem animarum nostrarum felicitatem, si bene æstimare novimus illam. Siquidem non solum Deus incarnavit nobis divinitatem suam, sed cum illa omnes suas divinas perfectiones, justitiam suam, sapientiam suam, amorem tuum, Sanctitatem suam, omnesque alias adorandas suas perfectiones, ad dandum nobis illas in JESU Christo, ut verè fierent nostræ, nosque reciperemus ab ipso id, quod habere nos vult ad placendum sibi, & gloriari possemus cum veritate, nos alias non habere perfectiones, nisi perfectiones Dei, ipsius sicque ille, qui gloriatur, gloriatur solum in Domino, & non aliter. Hem quâ ratione id potest esse.

Rom. 13. *Induimini Dominum JESUM*
 7. 14. *Christum, juxta estatum Apostoli.* Si verè Christianus sum, exuere debeo filium Adæ, & absolute mori ipsius spiritui prorsus corrupto, ut non vivam nisi spiritu.

JESU Christi, ut ipsius vita sit mea vita, ipsius spiritus sit meus spiritus, ipsius cor sit meum cor, ipsius sensa sint mea sensa, & unico verbo, nihil amplius sit in me, nisi ipsi: solus. Nónne idè ipse factus est homo, ut omnes homines fierent ipse? idè desiderat omnes esse Christianos, ut nihil amplius videatur in eis nisi JESUS Christus? Nónne idè vult, omnes non esse nisi unum Corpus, cujus ipse sit caput; & corpus & caput non habere nisi unam eandemque animam, ut omnes dicere possint, quod magnus Apostolus: *Vivo ego, non jam ego, sed vivit in me Christus;* non ergò sum amplius ego ipse, sed JESUS Christus est in me; non ergò amplius operor ego ipse, sed JESUS Christus operatur in me; non ergò amplius habeo propriam meam justitiam, sed justitiam JESU Christi, quæ est in me; non ergò amplius habeo aliquam virtutem, quæ mihi sit propria, vel veniat ex me, sed virtutes sunt JESU Christi, quæ sunt in me.

Ne quæras ex me, an habeam humilitatem, patientiam, puritatem, justitiam, charitatem; respondebo enim tibi, si verè Christianus sum, non, nihil habeo ex his omnibus, sed JESUS Christus solum mihi est hæc omnia. Non cupio esse humilis, nisi per ipsius humilitatem, nec patiens nisi per ipsius patientiam, nec castus nisi per

JESUS
Christus
nobis est
omnis.

ipſius puritatem; non cupio amare Deum, nec proximum, niſi per ipſius amorem. Inhibeo cordi meo, ne ulla unquam habeat deſideria, quàm ſua; Et animæ meæ, ne ullam unquam habeat cognitionem aut rationem vivendi, quàm ſuam: Ipſe totus eſt meus, & ego totus ſum ipſius, eòquòd tribuat mihi totum ſuum eſſe, tribuit mihi quoque omnes ſuas virtutes; non mihi eſt curæ, acquirere ipſarum alias, quàm ſuas, eòquòd illas omnes velit eſſe meas; ſolummodò abſque intermiſſione aſpiciam illas, omnémque impendam conatum, ut profundè illas meæ inculpam animæ, & modò illas ſemper habeam an-

te meos oculos, & ipſi intimè maneam unitus, hoc ſufficit mihi.

Demulcebar tam ingenti voluptate audiendo loquentem viatorem noſtrum tam dignè de Sanctiſſimâ Virgine, de illius Virginitate, deque ſecunditate ejus, & de Filio ipſius Unigenito, quem dedit nobis, ut optaſſem protrahere ipſum ſermonem de tam inſigni & eximio argumento. Advertebam benè, ipſum difficulter id faciurum; nihilominus avidus mea explere vora, interrogavi ipſum, an Sanctiſſima Virgò poſſederit omnem altiſſimam puritatis perfectionem, quæ poſſibilis ſit pura creaturæ. Reſpondit mihi, uti intelliges.

ARGUMENTUM.

Virginitas Sanctiſſimæ Virginis excellit in tribus præcipuè.

ARTICULUS IV.

Mirificè commendat Regem Aſtrorum, ſolem, quòd inexhausto dives ſit luminis theſauro, non ſolum pro ſe ipſo, ſed etiam pro orbe univerſo: Siquidem non ſolum reſulget in ſe ipſo, ſed ex oculis ſuis torrentes effundit flammarum ad accendendum omnia aſtra cœli, & plenum in magno hoc mundo invehendum diem. Affirmari poſteſt, Sanctiſſimam Virginem ſolem eſſe Virginitatis: continet ipſa theſauros in-

Aspectus
Sanctiſſimæ
Virginis in-

nocentiæ & puritatis, non ſolum ſpirabat ad locupletandum ſe ſolam ſuprà omnes Angelos in cœlo, ſed etiam ad effundendum virtutem illarum ſuprà animas corporibus carneis implexas in terris: Siquidem puritatem inſundit his ipſa, quicunque noverunt ſua ad ipſam convertere lumina. Sanctus Ambroſius in libro de inſtitutione Virginitatis tam abundans fuerit in illâ, ut non ſolum repleverit

verit ipsam pulchritudine, puritate & sanctitate, sed solus ipse aspectus contulerit donum castitatis omnibus invitentibus ipsam.

D. Thom.
Sent. 3. dist.
2. q. 2. a. 3.

Sanctus Thomas superaddit, & dicit, quod pulchritudo, quæ evomere solet scintillas igneas impuritatis in alijs, exhalaverit e contra in Sanctissimâ Virgine spiritum pudoris & castitatis; ita ut, quamvis prodigium fuerit pulchritudinis, nunquam tamen quisquam concipere potuerit nisi affectus purissimos aspiciendo ipsam: *Quamvis pulchra in corpore, à nullo tamen concupisci potuit.* Et Gerson id ipsum observat, quod physiognomia ipsius continuerit aliquid tam Angelicum, tantâ Majestate ac modestiâ plenum, ut maximam conciliaret reverentiam erga personam ipsius, & summum castitatis amorem in omnibus ipsam aspicientibus. Quot reperire est, qui experti sunt, quod cogitando duntaxat de illâ, aspiciendo solum ipsius imaginem, pronuntiando ipsius Nomen, vel aliâ ratione recurrendo ad ipsam, singularis conferatur virtus ad dissipandum imaginationes, & reprimendum motus inhonestos omnes.

Effectus
mirabiles
pulchritudinis
Sanctissime
Virginis.

Memorandum Exemplum est Caroli VIII. Regis Galliarum ad quem, cum in direptione civitatis cujusdam Italiae, quam tradidit expilationi militum, convolasset illustriſſimæ proſapiæ ac formæ mirificæ puella, se ad ipsius provolvens

pedes: Rex invictissime, gratia! Angustissime Rex misericordia! Ah! Rex, serva pudorem meum, defende me ab insultibus militum tuorum. Generositas hujus Principis exstimulabat ipsum quidem, ut defenderet eam contra alios; sed tanti non fuit roboris, ut defenderet eam contra se ipsum, cum cohibere se non posset, quin impotenti ipsius raperetur amore. Eheu! credidit ipsa evitare charybdim, & incidit in scyllam. Verum cum fuerit devota Sanctissimæ Virginis cliens, id satis fuit ipsi munimenti.

Lipſius in
monitis po-
liticis c. 17.

Cum jamjam hic Princeps suam pararet explere libidinem, portexit illa manus ad quandam Sanctissimæ Virginis divinum Infantem sinu tenentis imaginem. Mi Rex, ob amorem Virginis Virginum, quæ nobis dedit Servatorem, serva me, parce Virginitati meæ. O prodigiosam virtutem Virginitatis Virginis Sanctissimæ, ardentissimum concupiscentiæ extinguendi ignem! Ipsius Nomen, ipsius memoria, ipsius imago, mutat in instanti lascivos juvenis hujus Principis ardores in tantum puritatis amorem, ut reverentiâ persecutus Virginem, Virginum Virginem inclamitantem, ipsius laudaverit virtutem, magnâ ipsam ditaverit pecuniæ summâ, quæ perpeſſas ex bello repararet ruinas, totique ipse pepercerit familiæ. Hoc non nisi unicâ est exemplum; sed omnes historiæ his scateant copiosissimè.

Exemplum
memorandum
de potentia
Sanctissime
Virginis ad
inspirandâ
castitatem.

piofiffimè, quibus ostenditur Virginitatem Matris admirabilis polle-
re virtute fingulari, caftitatis in-
fpirandi affectus. Et hoc primum
eft, in quo ipfius Virginitas excel-
lit omnes alias.

Magnum
prodigium,
quod po-
tuerit per-
fuaderi
mundo fides.
Ipfam effe
Virginem &
Matrem.

Secundo, triumphat ipfa de in-
numeris inimicis fe oppugnanti-
bus tantâ cum gloriâ, ut cuncta per
fecula fuam diffundat fplendorem.
Gentiles, Judæi, hæretici cum to-
to inferno conspirabant omnes, &
omnes intendebant nervos, ut ex-
pellerent e mundo fidem, quod
ipfa fit Virgo, vel pertinaciter fal-
tem fuffinebant, impoffibile effe,
quod extiterit Virgo Mater. At
non obftantibus cunctis ipforum
vanis conatibus, firma hæc fides
ita ftabilita eft in univerfo orbe, ut
omnes veri Chriftiani, ficut para-
ti funt fuam profundere vitam ad
propugnandam divinitatem JESU
Chrifti, ita eidem non parcerent
pro defendendâ Sanctiffimâ ipfius
Matris Virginitate.

Quomodo
Pagani funt
convicti,
ipfam effe
Virginem
& Matrem.

Gentiles nil habebant efficacius
ad declarandum, rem aliquam ef-
fe impoffibilem, quam dicendo:
Hoc erit, quando Virgo pariet.
Edificaverant ipfi Romæ Tem-
plum pacis celeberrimum in cun-
ctis finibus terræ; confultitur Ora-
culum, quanto tempore perftitu-
rum effet id templum, & Apollo,
dæmon inquam ex inferno, æter-
nam promittens durationem re-
fpondit ipfis: *Donec Virgo pariat.*
O bonum prælagium! Ergo ftabit

in æternum, dicebant, quis enim
videbit unquam parituram effe Vir-
ginem? Adesdam cæca Gentilitas,
adesdum & vide veritatis lumen in
medio tenebrarum tuarum; Ecce
templum tuum pacis fudverium
abfque ullâ adhibita vi naturali,
citra quod vel extremo digiti fue-
rit attactum; Solo ftatum id illi-
cò eft in iftu oculi? Quid hoc fi-
bi innuit? Crede oraculo tuo, eò
quod credis aliquem Deorum tu-
rum id reddidiffe. Crede igitur
peperiffe Virginem, cum periffè
videas ita templum tuum: Aspice
potentiam Virginitatis divinæ Ma-
tris; eadem horâ, quâ peperit ip-
fa in Berthelem, Romæ corruit
pacis templum. O Maternitas
MARIE! Tu terrore concutis to-
tum infernum dum mundo pro-
pugnans Salvatorem, eòquod omnes
falli Dij excedere debeant terris,
dum verus nafcitur cœli Deus. O
Virginitas MARIE! Tu de totâ
triumphas Gentilitatè, pacis de-
moliendo Templum, dum laci-
lenter afpletunt peperiffe Virginem
ex ipfo Oraculi fui testimonio.
Hem! quem parere potuit perma-
nens Virgo, nifi Deum Omnipot-
entem? Ecce igitur totam confu-
lam Gentilitatem à fecundâ Virgi-
nis Sanctiffimæ Virginitate.

Verùm non acquievit hic infer-
nus; excitavit post hæc plures ido-
lolararum Succelfores, plures in-
quam hæreticorum phalanges ad
oppugnandum de novo ipfam; fed

S. Clemen-
lib. 6. Con-
ficut. c. 6.

non erat hoc, nisi novos ipsi adornare triumphos. Ebionitæ & Cerinthi Sectatores præ ere duces publicando, feminam fuisse Conjugem, quæ conceperit ex suo marito aliarum Matrum more, sicque ipsam non fuisse Virginem ante partum suum. Quid inquis ex-crauda lingua? audi oraculum cor-li tibi dicens per Vatem Isaiam: *Ecce Virgo concipiet*; an audis, quid æterna dicat & emuntiet veritas: Ipsa Virgo est, quando concipit, ipsa Virgo est, quando gestat Infantem JESUM in castissimo sinu suo; Non igitur alijs simili est Matribus. Totum, quod in ipsa est, opus est Spiritus Sancti, & non hominis: Virgo igitur est ante partum suum.

Heretici oppugnant ipsius Virginitatē confunduntur.

Jovinianis. August. lib. de heresi. s. 82.

Joviniani, & magna aliorum hæreticorum caterva, exceperunt priores, oppugnantes Virginitatem ipsius in actuali partu suo. Transeat, dicebant, nuncupari & fuisse ipsam Virginem ante partum suum; Nam verbis nimium manifestis Evangelium asserit ipsam concepisse de Spiritu Sancto, de quo dubitari non potest. Sed Virginitate illam exui necesse erat, dum actualiter peperit nam quomodo Filium suum parere potuit permanens Virgo? Tacere impiæ & sacrilegæ buccæ; idem Vates Isaias, qui unico verbo prostravit antecessores vestros Ebionitas, dicens: *Ecce Virgo concipiet*; præternit & vos, dum superaddit:

R. P. Hæc Consultat. Tom. III.

Et pariet Filium. Ecce igitur Virginem ante partum suum & in partu suo.

Tandem Helvidius cum totâ Helvidianâ scctâ suâ, qui credebant ipsam Virginem ante partum, & in partu, majori, quàm cæteri omnes, insolentiâ ac impietate, oppugnare non verebantur ipsius Virginitatem post partum suum, dicentes, ipsam plures suscepisse liberos ex Joseph conjugæ suo, postquam genuerat JESUM Christum, edquod Evangelium dicat, hunc fuisse ipsius primogenitum, insuper de fratribus ipsius faciat mentionem. Sed Sanctus Hieronymus divinâ suâ facundia & admirando animi robore prostravit infernale hoc monstrum, & Ecclesia suis anathematibus percussit illam, velut hæresarcham infamissimum, manifeste profitendo fidem cum omnibus suis filijs, se credere ipsam semper Virginem, Virginem ante partum, Virginem in partu, & Virginem post partum.

Quanta extant miracula ad probandam & confirmandam magnam hanc veritatem! Religiosus quidam è familiâ Sancti Dominici vir insignis doctrinæ, oppugnatus fuit tentatione contra fidem inviolabilis semper puritatis, quâ nunquam non refulserit Virgo Sanctissima, quàm cum vincere non posset nec adductis in contrarium rationibus, hac illâ se liberare effulsit diuturnis precibus, auxilium in-

H. b.

qui-

Chronici R. F. Minor. lib. 7. c. 16.

Insigne miraculum pro perpetua Virginitate Matris Dei.

quirere voluit apud famosum quendam servum Dei. Sanctitatis fama mirifice extollebat Fratrem Egidium, quem Seraphicus Pater Franciscus unum ex primis sibi asceverat socium; hunc & is accedere secum conclusit; interim Deus revelavit Fratri Egidio Religiosi hujus adventum, adventusque ipsius causam; cui accedenti è cellula sua is obviam progressus, & humanissime accipiens ipsum, citra quod expectaret manifestari sibi ab ipso suæ causam inquietudinis; Frater mi, inquit: Ipsa est Virgo ante partum, & percutiens extremitate baculi sui terram, producit ex eâ miræ pulchritudinis liliam: percutit secundâ vice terram: Mi Frater, ipsa est Virgo in partu, & secundum apparuit liliam adhuc pulchrius primo: percutit eandem & vice terciâ: Mi frater, ipsa Virgo est post partum suum; Et visum est assurgere è terrâ liliam tertium speciosius adhuc duobus alijs. Ex quo repente omnis dissipata fuit tentatio. Ecce tibi rationes super omnes rationes tuas; Ecce omnipotentem DEI manum, quæ liliorum candore illucescere tibi facit veritatem.

S. Bernardus serm. 3. in vigiliâ Nativitatis

Sanctus Bernardus, postquam inauditum hoc cunctis sæculis admiratus est prodigium, quod nempe Virgo sit Mater, & Mater sit Virgo, quod fecunditas & Virginitas sibi obviant, & in eadem personâ conjungantur. Quis unquam

aspexit quid simile? Illane Virgo erit, quæ lactat puerum, cui maritus continens comes est? in convivio, in thalamo? qui ducit illam in Egyptum, reducit ab Egypto, & solus eum solâ tam longinquam tam secretam conficit viam? Quomodo potuit hos persuaderi generi humano, universo orbi terrarum? Et tamen tam facile, tam potenter, persuasum est, ut mihi id credibile faciat credentium multitudo: Juvenes & Virgines, senes cum junioribus, elegerunt mille mortibus mori, quam vel ad momentum ab ista fide deficere. Hæc verba sunt Sancti Bernardi. O Deus quantum cordis gaudium, quantum mentis solatium omnibus veris Sanctissimæ Virginis servis, videre, tot ipsam numerate fideles, tot generosos & alacres puritatis suæ Virginalis defensores! O quis conferret nobis tantum fervoris & amoris erga ipsam, ut continuo exoptamus ipsorum aggregari numero!

Omittendum mihi non est tertium, quod majori adhuc me percellit admiratione circa incomparabilem excellentiam Virginitatis Virginis Sanctissimæ: quâcunque considerem ipsam ratione, sive in suo principio, sive in suo fine, sive in suo medio, ubique nullam admittit comparationem, & tantum extolli mihi videtur super omnem aliam Virginitatem, quantum super terram extollitur cælum.

Triâ, quæ extollant Virginitatem MARIÆ super omnem aliam: ipsius principium, finis, & medium.

Si considerem ipsius principium, ipsa est Virginitas Matris Dei, est puritas Deo promissa voto perpetuo; est votum Virginitatis profectum ex amore Dei, qui sit purior, ardentior & perfectior omni eo, qui succendit cor omnium tum Angelorum, tum hominum. Quem alium invenies unquam, qui tam nobilis, tam præclarus, tam eximie sit capax Virginitatis?

Si considerem ipsius finem, ipsa est flos, unde enasci video fructum admirabilem, proprium Dei Filium; illum ipsum, quem Deus Pater producit & fecunditate sua Virginali, & reproducit fecunditate vice & fecunditate Virginalis Matris suæ divinæ. Scriptum est, Deum Patrem omnia fecisse per ipsum: *Omnia per ipsum facta sunt*; id est, omnia opera naturæ facta sunt per Verbum divinum, prout procedit è sinu Patris sui. Sic dici potest, quod producendo ipsum solum, producat etiam omnia in ipso, & per ipsum: Ecce fructum, quem ex utero suo Virgineo producit Pater, dum Unigenitum suum producit Filium. Ecce modò eundem è sinu Virgineo Matris productum Filium. *Certum est, quod omnia per ipsum facta sunt*; id est, quod omnia opera gratiæ sicut opus Verbi Incarnati, procedentis è sinu divinæ Matris suæ. Sic nonne ratione quadam dici potest, quod ipsa producendo ipsum solum, pro-

ducat in ipso & per ipsum, totum supernaturalem gratiæ mundum, omnem Ecclesiæ tum militantis, tum triumphantis Sanctitatem? Leva in cælum oculos, universam, intueri Ecclesiam à pice innumerabilem hanc Sanctorum & Sanctarum multitudinem, omnes ipsorum perfectiones, virtutes, gratiam, & gloriam, quæ redditur ab ipsis Deo. Ecce sanctum uteri Virginei Matris Admirabilis, dum Unigenitum suum producit Filium, à quo dependent hæc omnia: *Filij merces, fructus ventris*. Ecce finem, ubi terminatur Virginitas ipsius profus divina. Dic mihi, an credas, quamvis aliam ipsi esse comparabilem. O Deus, quanta abundantia gaudij est animæ, quæ singulariter reveretur, quæ fideliter famulatur, quæque ardentè amat Sanctissimam Virginem, dum in principio & in fine suo Virginitatis ipsius intuetur gloriam!

Sed quod præcipue ostendit ipsius excellentiam super omnem aliam Virginitatem, est aspicere ipsam in suo medio, volo dicere, in medio, quo Deus est usus, ad extollendum illam super Virginitatem creaturarum omnium, tum hominum, tum Angelorum. Et hoc est, quod effecerit ipsam vivam imaginem Virginitatis suæ propriæ, conferens ipsi fecunditatem ad producendum eandem, quam producit ipse, personam divinam, & hoc ejusmodi cum circumstantijs,

H h 2

quæ

Fructus admirabiles Virginitatis MARIE, producentis sanctum Christum.

Psal. 126.

quæ omnem transcendant admirationem: Siquidem in Virginitate Dei Spiritus est, qui concipit & parit spiritum; Sed in Virginitate MARIE cato est, quæ concipit & parit eundem spiritum in Deo. Adorandus hic Spiritus procedit ex intellectu Patris, sed in MARIA procedit ex utero Virginali Matris. Virginitas Patris producit sibi æqualem, Virginitas Matris producit maiorem, & infinitâ ratione se maiorem.

Medium admirabile, quo usus est Deus, ut infinitâ ratione exaltaret Virginitatem Sanctissimæ Virginis.

In cæteris omnibus Sanctis est anima, quæ in corpus diffundit gloriam; Sed in Sanctissimâ Virgine videtur diffundere gloriam Virgineum ipsius Corpus in animam. Non dico, quod ipsius anima non possideat gloriam suam particularem & maximam, quam non mutuatur à corpore suo; sed dico, quod à corpore suo augmentum gloriæ accipiat ipsius anima: siquidem an ipsa potiretur gloriâ maximâ, quod sit Virgo Virginum, quod sit Mater Dei, quodque subiectum potestati suæ habeat Deum Omnipotentem? Quare enim dici potest, ebusque exaltatam esse ipsam, ut naturalem quan-

dam possideat superioritatem in Deum ipsum, nisi quia hic est verè ipsius Filius? Cùmque Patres & Matres naturalem habeant jurisdictionem in suos Filios, illaque sola locum teneat Patris & Matris respectu Filij Dei, qui proprius ipsius est Filius, habere viderur duplò maiorem in ipsum potestatem & jurisdictionem, quam in suos habeant filios cæteræ Matres. An omnes has possideat inæstimabiles & incomprehensibiles excellentias, nisi è purissimo corpore suo reciperet illas? O Virginitas MARIE, quàm es admirabilis! O puritas, quàm es amabilis cunctis animabus te cognoscentibus, teque honorantibus! sed & insuper quàm es inimitabilis! siquidem impossibile est omni creaturæ, nisi tibi soli, aucupari perfectam tantæ puritatis imitationem.

Veruntamen interrogavi viatorem nostrum, an saltem imperfectè imitari quis illempotest? Ita, respondit mihi: Et hoc ultimum est, quod dicam tibi, ut fructum aliquem referas ex hac Consultatione.



ARGU-

ARGUMENTUM.

Quomodo possimus & debeamus imitari puritatem Sanctissima Virginitas.

ARTICULUS V.

Chrysostr.
tom. 5.
hom. 9. de
penitentia.

Sanctus Chrysostronus hoc eloquentiz prodigium per unam veram Ecclesiam Orientalem, illeceus pulchritudine Virginitatis, inquirebat pictorem, qui illius sibi efformaret imaginem. *Pinge mihi sermenem Virginitatis; depinge mihi, inquebat, Virginitatem.* Quid inquis os aureum? An ignoras, pulchritudinem ipsius esse tam divinam, ut nec Appelles, nec Protogenes, nec Zeuxes, nec Parrhasius, nec quisquam præstantissimorum pictorum alius, auspiciatum nancisceretur eventum in magno hoc opere? Verum est; sed quod omnes homines conficere non possent, manus Dei conficit & perficit optime.

Cur signum
Virginitatis
collocatur
in Zodiaco
inter leonem
& libram.

Attolle in excelsum oculos, & aspice Zodiacum, magnum hoc cœli balteum, ex quo dependere videtur gladius, tam diversis afficiens supplicijs inferiorem hunc mundum, duodecim signorum virtute, quæ suas ibi habent mansiones dispositas & bono in ordine collocatas. Aspicias collocatam ibi Virginem Leonem inter & libram, velut in statione cœli altissima, & loco necessario ipsius securitatu. Contemplare speciosam hanc Virginitatis effigiem, quam

digiti Dei depinxere tibi in formâ luminis, & si ipsius tibi placet pulchritudo, considera, quod amanti castitatem, illamque inviolabilem conservare volenti, opus sit ex una parte fortitudine Leonis, & ex alterâ, æquitate ac circumspeditione bilancis ac libræ.

Siquidem nisi habueris fortitudinem & generositatem Leonis, quomodo resistes tot tantisque luctis, quas sustinere oportet contra hostes innumeros, qui eâ te spoliare & exuere contendunt? Et nisi semper habueris ad manus bilancem, ad gubernandum te magnâ cum circumspeditione, ad ponderandum omnes actiones tuas, omnia verba tua, & omnes cogitationes tuas, ad continendum omnes sensus tuos sub freno, & evitandum sollicitè omnes ad malum occasiones, quomodo conservare poteris castitatem in medio laqueorum innumerosum ubi vis ipsi Expansorum?

Vis aspicere invincibilem puritatis defensorem, eò quod se semper conservaverit Leonem inter & bilancem; veteris Testamenti aspice Josephum: an actoribus invadi poterat tentationibus, an exponi occasiõibus magis periculosis? Inprimis erat juvenis, circumse-

Hh 3

cumse-

eum ferebat igitur in hac etate tentatorem domesticum in seipso concupiscentiam naturalem: Videbat constitutum se in conditione servili, sibi que à sua offerri Dominam, tractandum se fore ab ipsa deinceps velut Dominum, translato ab ipsa in se dominio, modò ipsius satisfacere vellet desiderijs. An vehementior hæc possit esse tentatio? sed ipse invincibilis Leo est. Secundò cogebatur semper habere presentem suæ puritatis inimicam, uxorem Putiphatis Domini sui, cujus domus sibi erat carcer, eò quòd fuerit servus ipsius & mancipium: modò ipsa invadebat eum obrutibus, qui minus tui erant obrutibus Basilicis: modò verbis, lentioribus oleo, sed acutioribus telis; modò promissis lacrymas intermiccebat & suspiria, quæ totidem carbones erant ignis infernalis, quos jaculabatur in ipsam: Sed fortitudinem monstrabat ipse majorem illà Leonis; dicitur hoc animal timere ignem, & Joseph non nisi summè despicebatur ipsam.

Genes. 39.

Tertio non erat hæc pugna unius horæ, nec unius diei, nec unius hebdomadæ, nec unius duratæ anni, sed plurium omninò annorum, ubi indies effrons hæc mulier innocenti huic molesta erat juveni. Non est civitas tam firma, quæ continuis incursionibus non tandem succumbat: Sed Joseph Leo semper erat invincibilis.

Quòd plurimum exasperabat tentationem, majorique exponebat ipsum periculo, erat facilitas exequendi malum: Ingentia dona ipsi oblata, libertas ipsi ad promissa & præcipue certitudo secreti, quæ dabatur, inviolabiliter servanda; hæc omnia tamen non commovebant, multò minus prosternebant ipsam; omnibus hisce assultibus non nisi unicum habebat, quem opponebat, umbonem: *Quomodo possum hoc malum facere & peccare in Deum meum?* Non possum injuriam hanc inferre Deo, hæcque perfidiam Domino meo.

Sed omnes hi generosi obrutus, omnia hæc pudoris præcepta & dogmata, quibus incarnatus hic Angelus infernalem hanc repellere Macharam, non nisi accendebant magis flammam effronis ipsius libidinis; devolvitur ipsa ad terribiles comminationes carceris, quin & ipsius mortis; sed omnia hæc non exterebant Leonem, manebat ipse semper invincibilis. Augetur ipsius rabies, ipsamque exstimulat, ut innocentem accuset criminis, quòd commiserat ipsa; Parat ipsi carcerem, quæ meruerat includi ipsa, velut sceletis reas; omnibus ipsum onerat supplicijs mentissimo sibi jure debitis. Quam admirabilis pugna Angeli ex una, diaboli ex parte altera, ignis inferni contra ignem cæli; volo dicere puritatis Virginalis contra impudicitiam magis quàm brutalem!

Nun-

Nunquam igitur desistes abominabile monstrum? nunquam cessabis tentare inutiliter hunc Angelum?

Non: siquidem pergit persequi illum in ipsum usque carcerem, ubi is aliquid sperare poterat quietis, sua in solitudine; & quia ipsamet eò accedere non poterat, vocorum suorum mittebat illuc Procuratores. Quid agis hic? ut quid voluntarie te reddis tam infelicem: Ama solum, sicut amaris, & liber eris. Is respondebat; *facere non possum malum hoc*: providebit ipsa cunctis tuis necessitatibus; Ecce munus isigne, quòd in signum amoris tui tibi consignat: *Non possum facere malum hoc*. Sed quid times? factum erit occultum, non poterit tibi oriri ex eò quidquam incommodi. *Non possum facere malum hoc*. Itane, non tangat te committeratio illius, quem ipsa tolerat, cruciatus? morietur, nisi satisfeceris ipsi moriatur: *Non possum facere malum hoc*. Sed tandem si despectam se videat, tentabit extrema ipsius ultio, teque ipsum ultimo affici faciet supplicio; Serva tuam, ipsius servando vitam: Non; malo mori potius, quàm hoc obstringere me malo; *facere non possum malum hoc*. Præparentur mihi rotæ, dicerpar, vivus comburatur, committere nunquam potero tam ingens malum. O constantiam inconcussam! o fortitudinem invincibilem! o Leonem

generosum! Ecce Virginalem ipsius puritatem illatam, eòquòd Leo ex unâ parte conservet ipsam.

Sed ex alterâ parte tutela & præsidium ipsius est libra: Non sequitur ipse præceps immoderate impetum cupiditatis, ponderat, prudenter examinat bonum & malum. Voluptatis probrosa momentum, æterno mulcendû supplicio, & innoxie conscientie gaudium, quid horum majoris est? Commissæ perfidie nefas adversus meum Dominum, se & omnia sua meæ committentem fidei: Honor fidelitatis nullam metuentis reprehensionem aut noxam; quòdnam ex his præferendum est? horror patratæ ejusmodi brutalitatis coram oculis Dei, me ubique videntis: gloria puritatis Angelicæ, placens ipsi, mihi que compatans ipsius gratias; cui ex duobus debetur palma? Sed æternitas devorantium flammatarum, vel æternitas ineffabilem consolationum: pondera benè utrumque. Et ecce tibi bilancem, quæ acriter defendit pudicitiam ex unâ, & Leonem, qui defendit illam non minus fortiter ex alterâ parte. Quisquis es, & quæcunque adoriantur te tentationes, hoc loco sta firmiter, Leonem inter & bilancem, quòd Deus signum collocavit Virginis, & duobio procul invincibilis eris.

Sed præsidium tibi est magis adhuc certum, magisque efficax:

Libra necessaria ad conservandam castitatem.

Et

Constantia
inconcussa
casti Joseph

iderim
anguis
enim
tri
adici

Et est protectio, exemplum & imitatio Sanctissimæ Virginis. Repetere est, qui indies particularem aliquam exerceant & consecrent honori ejus devotionem, ad obtinendum ab ipsâ donum puritatis. Alij ipsius circumferunt imaginem animis suis insculptam, & simplici hujus aspectu protegantur adversum inimicos castitatis: Alij totam dispartuntur hebdomadem, ut singulis diebus aliquam ipsius imitentur virtutem: Et hæc omnia procul dubio sunt ipsius plurimum proficua:

Septem bona Exercitia pro conferenda castitate.

1. Fugere decorem apparentiam mali.

S. Augustinus sermo 250. de tempore.

Nihilominus præcipuum in sequentibus consistit exercitijs; si verè desideres puram & castam ducere vitam; si media exoptes efficitia, ad imitandum perfectè puritatem Sanctissimæ Virginis: Et sunt,

1. Ante omnia, rescinde prima mali principia; sollicitus extingue primam ignis scintillam, & nunquam patieris incendium; abhorre & fuge primum serpentis aspectum, & nunquam mordebit te. Sanctus Augustinus prima hæc populo suo impertitus est documenta, ut informaret ipsos in pugna adversus imputitatem: *apprehende fugam, si vis obtinere victoriam.* Si expectas, quoad inimicus accedat te, fiatque tibi proximus, perditus es; siquidem tantis confertus est sordibus, ut, si tangat te, te sit maculaturus. Offert se menti cogitatio, rejice il-

lam cum contemptu; Verbum inà honestum pulsat aures, repulsam dà illi: Objectum indecorum insinuat se oculis, claude hos illi cum indignatione: Oportet minimam apparentiam mali tibi videri suspectam: paululum propendere in hæc materiâ versus scrupulum, optima erit cautela, certam tibi præstans securitatem.

2. Magnam huic adijce curam, ne unquam ignavo langucas otio: quando quis perficendo nunquam non se occupat bono, nunquam de patrandò cogitabit malo; Sed nihil facere, aut nihil pati, valere nihil comitatur proximo. Urinam David non vacasset otio, suo in palatio, dum exercitus ipsius expugnabat inimicos populi Dei, nunquam cogitasset, nec de conspiciendâ, nec de concupiscendâ uxore Uriæ. O quam spatiosa porta est otium ad præbendum ingressum omni generi vitiorum in animam.

3. Anima nostra quamvis spiritalis sit, uti sunt Angeli, commorari tamen & habitare cogitur in corpore carnali, velut animæ bestiarum; inclinationes animales non cessant urgere ipsam ad satisfaciendum sibi difficulter se munire contra illas, nisi intendat anxie obeundis exercitijs Angelorum, quæ sunt, contemplarij Excellentias Dei, ipsum laudare, ipsum obsecrare, ipsumque amare; Nam ubi primum anima spiritalibus

oblu-

2. Nunquam otiosum esse.

Applicare se rebus spiritalibus, illisque delectari.

oblectatur exercitijs, oratione, studijs, contemplatione, quæ occupationes sunt suo dignæ amore ita harum allicitur & afficitur dulcedine, ut dedignetur demittere sese ad cogitandum solummodo de voluptatibus sensuum.

4. Conversatio familiaris, præsertim, si frequens sit, cum Personis alterius sexûs; aspectus, obsequia, munera, occulta consilia, Epistolæ, lectiones apologeticæ vel aliorum librorum amorem excitantium, versus, cantiones, verba ambigua, ubi æquivocatio insinuat vult plura, quàm dicatur, & plures ejusmodi nugæ & crepundia sunt velut rotidem scopuli, quibus illa jant toties pudicitia fecit naufragium, ita ut, quicumque hanc cupit conservare, maximâ cum sollicitudine evitare debeat illa, nec in minimo se exhibere lignavum.

5. Verus amator castitatis bene observare debet effatum Jeremias dicentis, quod mors ascendat per fenestras. Omnes nostri sensus fenestræ sunt nostræ animæ, nisi bene custodiantur, semper nos exponunt periculo, ne spoliemur. Præsertim oculi, qui cordis sunt nuntij, uti antiquus non nemo vocat ipsos, nunquam non parati sunt ad afferendum illi mala nuntia, quibus ipse lædatur innocentia. Aspectus rerum nudarum, statuarum, imaginum minus honestarum, personarum pa-

R. P. Isaac. Consultat. Tom. III.

rùm modestatum, exponentium scandalosas oculis nuditates, haud aliter ac si carnem exponerent palam vendibilem. O DEUS! fuge, avertite oculos à vanitate, illòsq; convertite ad veritatem tormentorum æternorum infernallium, quæ præparantur velut supplicia pro voluptate quædam transitoria.

6. Sed fugiendus non solum est aspectus objectorum externorum, quæ exponere possent periculo: Oportet etiam timere seipsum, & sui ipsius teneri pudore, ne permittatur unquam in occulto indecorum vel minimum, quod committere quis non auderet in publico: DEUS semper adest, qui videt te, & bonus tuus Angelus; reverere ipsorum oculos, & metue tuos. Sanctus Hieronymus & Rubinus recensent exemplum de castissimo quodam juvene, cui cum trajiciendus esset quidam fluvijs, resolvit se potiùs ad trajiciendum illum totis vestibus, quàm totus nudus, suisque exurus vestibus: Et pudor ipsius eòusque placuit DEO, ut transportatus fuerit per miraculum ad alteram aquæ regionem.

7. Sacra Scriptura affirmat nobis: Qui delicate nutrit servum suum, sentiet eum contumacem. Per hoc insinuat nobis, quòd, si anima nostra suo permittat corpori vitam delicatam ac mollem, obtentura non sit in ipsum Dominium. Necessitatibus duntaxat

Sui ipsius pudore teneri ob præsentiam DEI.

Prov. 29 v. 21.

Prov. 29 v. 21.

Non eonpro.

Evitare conversationes, lectiones, Epistolæ, vel colloquia periculosa.

Jerem. 9. v. 21. Bene suos refrigerare sensus.

Nunquam soluta.

pluribus rebns refrigerare sensus, illisq; danti.

cedere cor-
pori suo
nisi necessa-
ria, & af-
fucere
austeritati-
bus,

prospiciendum est in victu, in vestitu, in cubando, in dormiendo, & in ceteris omnibus vitæ nostræ indigentijs: Siquidem si concedantur ipsi voluptates, quæ innoxie videntur, insolescet protinus concupiscens illas, quæ notâ non carent. Christianus, qui considerat, vocatum se ad infinitum tam sanctum, ut manducet in terris panem Angelorum qui sunt in cælis; Christianus, qui honore fruitur & prærogativâ recipiendi in cor suum ipsum, met Filium DEI, quem Sanctissima Virgo in castissimo suo gestavit utero; nonne continuo portet in Corpore suo mortificationem JESU Christi, ut dicit S. Apostolus Paulus, tantâ austeritate exercens illud, ut etiam amittat, si possibile sit, minimam ad malum propensionem.

Plures san-
cti magnis
austeritati-
bus sua ex-
ceperunt
corpora ad
conservan-
dam casti-
tatem.

Nonne pudeat nos, dum legimus in vitis Sanctorum, quâ ratione ipsi sua acceperint corpora, ut inviolabilem ipsorum conserverent puritatem, edomando ipsorum rebellionem non solum jejunijs, cilicijs, cruentis flagellationibus, sed adhibendo ferrum & ignem, semetipsos afficientes horrendis supplicijs, quæ suavia adhuc videbantur ipsis, modò conseruare possent pretiosam thesaurum castitatis suæ. Aliquis Sanctus Bernardus immergit se in glaciem, aliquis Sanctus Benedictus voluit se totum nudum

inter spinas, aliquis Sanctus Franciscus projecit se in nives, aliquis Sanctus Dominicus voluit & revoluit super accensos carbones, velut alter Laurentius; alij suas tenuerunt manus super ardentem focum, quoad affarentur & deflueret ex illis pinguedo & caro, ut uno igne extinguerent alium, generosiores antiquo illo itâ in historijs deprædicato scævola.

Quid dicimus ad hæc, qui non minus illis obstringimur ad præservandum nos à minimis impudicitiarum maculis: nos, qui aspiramus ad eandem Societatem Angelorum in beatâ aternitate: nos, quibus metuenda sunt eadem inferni devorantes flammæ, quæ expectant impudicos: Nos, quibus incumbit velle potius millenas tolerare mortes, quàm unicam solum committere peccatum? pro quàm procul absumus à magno hoc Sanctorum fervore, qui tot cruentas subjere lucas pro suæ puritatis defensione? Non solum nos cogitare non audemus de exercendis ejusmodi in nosmetipsos austeritatibus; sed nec nobis est animus ad sufferendum dolorem minimum; vix aut ne vix quidem aliquâ spoliamus nos sensuum oblectatione. O DEUS bone ignosce ingnavitæ nostræ! ô amantissime DEUS compatere infirmitati nostræ, sanctoque nos accende Zelo, ut æstimemus, ut amemus

Pudere eo
debet, Chri-
stianos
esse delin-
tos,

Diffi-
citas
circum-
stanti-
um
San-
cti
Virgi-

anemus, ut conservemus puritatem usque ad mortem.

Hæc ipso dicente, quæ plurimum apta erant ad commovendos animos, unus è societate totus erat meditabundus, & videbatur aliâ occupatus cogitatione subtrahente sibi attentionem ad ea, quæ dicebantur. Quid cogitas, inquit ipsi, Viator noster? Audi vi, inquit, magnâ cum voluptate ea, quæ dixisti, de puritate Angelicâ Sanctissimæ Virginis, de

æstimatione, in quâ ipsam habuit, de amore, quo ipsam est profecuta: Sed admiror, quod consenserit in desponsationem cum Sancto Joseph, cum obstrinxerit se DEO per votum expressum ad conservandam semper Virginitatem suam. Videtur mihi fecisse votum Virginitatis, seque desponsare, non bene stare simul. Hæc difficultas fuit, quæ servijt pro argumento Consultationis sequentis, uti intelliges.



CONSULTATIO IX.

Connubium Virginale, ubi fit sermo de Matrimonio Sanctissimæ Virginis cum Sancto Joseph.

Difficultas circa votum castitatis, & matrimonium Sanctissimæ Virginis.



Non bene comprehendendo hoc mysterium, dicebat ille, qui ansam dedit Consultationi; simul conjungere non possum hæc duo, quod Sanctissima Virgo nuncupaverit Votum Virginitatis perpetuæ, & annutum præbuerit, ut cum Sancto Joseph matrimonij obstringeretur viminæ. Votum castitatis ex propriâ naturâ suâ est Sacrificium, quo proprium Corpus offertur & immolatur DEO; & matrimonium est reciproca donatio; quâ duæ Personæ, Vir & mulier sibi invicem tradunt sua

Corpora. Si igitur Sanctissima Virgo Corpus suum immolavit DEO ab infantia suâ per votum Virginitatis, quomodo illud donare & tradere potuit Sancto Joseph per matrimonium? si ipsa id obtulit DEO Sacrificium matutinum, quomodo resumere potuit suam victimam, ut immolaret eam homini in ætate suâ nubili? an sefellit fidem DEO, rumpendo votum suum, ut obstringeret se viro per matrimonium, quod licitum non est personis, quæ ligantur expresso voto castitatis.

Sanctus Hieronymus in suis ^{Sola voluntas nubendi} Comentarijs super primam Epistolam